

NvK an Kaspar Aindorffer. Er erläutert kurz seine Ansichten zur Gotteserkenntnis und zum Zusammenfall der Gegensätze. Da weltliche Angelegenheiten ihn jedoch von diesen Überlegungen abhielten, habe er um die Bereitstellung einer Zelle in Tegernsee gebeten. Er übersendet verschiedene Werke. Den erbetenen Traktat ‚De beryllo‘ habe er aufgrund von Augenschmerzen noch nicht schreiben können.

Kopie (gleichzeitig): MELK, *StB*, Hs. 1605 f. 64<sup>r</sup> (= A); MÜNCHEN, *StB*, *Clm* 18711 f. 251<sup>r</sup> (= B).

Druck: Vansteenbergh, *Autour* 121f. Nr. 9; Baum/Senoner, *Briefe und Dokumente I* 110-112 Nr. 32a.

Deutsche Übersetzung: Oehl, *Deutsche Mystikerbriefe* 557f. Nr. 6; Baum/Senoner, *Briefe und Dokumente I* 111-113 Nr. 32b.

Französische Übersetzung: de Gandillac, *Lettres aux moines* 31-33.

Erw.: Bohnenstaedt, *De visione* 50; Müller, *Anfänge der Humanismusrezeption* 53; Nagel, *Entstehung der exakten Wissenschaften* 75; Schmidt, *NvK im Gespräch* 45 (mit falschem Datum 12. November 1454); Treusch, *Bernhard von Waging* 75; Ziebarth, *Faith and Intellect* 166, 256, 287; Ranff, *Cusanus im Gespräch* 88f.

Eternam salutem, venerande pater, amice singularissime. Litteras vestras ornatissimas, michi semper gratissimas, odorem Christi redolentes utique suavem et cordialem, libentissime vidi et legi laudans desiderium fratrum ad apprehensionem absolute caritatis inflammatum.<sup>1)</sup> Queritur deus absconditus ab oculis omnium sapientum; et  
 5 quia inspirat ut queratur, mens avida nichil dimittit intemptatum ut aliquando attingat ad amatum. Varie discurrit venaticus canis<sup>2)</sup>, dum incipit querere leporem, quem nunquam vidit; et nisi natura sua aliquam haberet impressionem speciei eius, non incitaretur ut curreret, in vacuum enim laboraret, si inventum ignoraret. Ita accidit intellectuali nature nostre, que ad veritatem ut ad vitam suam movetur. Hic quidem currimus, ut  
 10 eam apprehendamus, dum viatores sumus, alius quidem sic, alius aliter; et gravior est nobis aliquando via unius quam alterius, et illam amplectimur; brevissima autem via et securissima est dilectio, uti nos instruunt sacre littere. „Quis enim diligit deum, hic cognitus est ab eo“<sup>3)</sup>; qui a deo cognitus est, hic deum cognoscit, nichil enim incognitum amat. Dilectio igitur ducit ad amplexum cogniti. „Deus caritas est, et qui manet  
 15 in caritate, in deo manet et deus in eo.“<sup>4)</sup> Perfecta igitur caritas est super coincidentiam contradictorium continentis et continenti. Quapropter divina venacio est in altitudine, super hanc oppositorum coincidentiam, ad quam alias homo pertingere nequit, de qua pauca quedam scripsi, ut meipsum supra meipsum elevarem. Retrahor tamen plurimum ab hiis altissimis per huius mundi occupationes; propterea fratribus dixi  
 20 michi cellam parari.<sup>5)</sup> Utinam concederetur michi sacro ocio frui inter fratres, qui vacant et vident, quoniam suavis est dominus.

Occupatus nunc circa res arduas solidande pacis ecclesie Tridentine<sup>6)</sup>, ad dubia<sup>7)</sup> scribere non potui; alio tempore, quod deus dederit, communicabo. Dyonisium noviter translatum<sup>8)</sup>, et ‚Commentaria in apockalipsim‘<sup>9)</sup>, que petitis, et ‚De mathematicis complementis‘<sup>10)</sup> transmitto. Eusebium<sup>11)</sup> posthac habebitis. Propter oculorum dolorem ‚De birillo‘<sup>12)</sup>, quem petitis, scribere non potui; scribam tamen deo dante quantocius etc.

1 singularissime: singularissimas A. 2 suavem: suadent A. 17 nequit: non potest A. 24 in apockalipsim: *fehlt* A.

Ex Brixina, die XII februarii anno 1454. Vester N. cardinalis sancti Petri.

1) S.o. Nr. 3793.

2) Dieses Bild des Jagdbundes verwendet NvK auch in der *Apologia doctae ignorantiae*, ed. R. Klibansky, b II 14 Z. 25ff.

3) 1 Kor. 8,3.

4) 1 Job. 4,16.

5) Zu diesen Plänen s.o. Nr. 3793 Z. 9f.

6) In diesen Tagen hielten sich der B. von Trient, der Landesbauptmann Parsifal von Annenberg und Vigilius Gradner in Brixen auf; s.o. Nr. 3822.

7) Auf einem beiliegenden Zettel hatte Kaspar Aindorfer eine Reihe von Zweifelsfragen zusammengestellt; s.o. Nr. 3793 Anm. 14.

8) Pseudo-Dionysius in der Übersetzung des Ambrogio Traversari; s.o. Nr. 3625 Anm. 13.

9) Der Apokalypsekommentar des Matthias von Schweden; s.o. Nr. 2824 Anm. 6, 3826 Z. 36f.

10) S.o. Nr. 3625 Anm. 8.

11) Eusebius von Caesarea; s.o. Nr. 3793 Anm. 6.

12) S.o. Nr. 3793 Z. 34, 3824 Z. 16. Vgl. Vansteenberghe, *Autour 122 Anm. 5*, der die angegebenen „Augenschmerzen“ (dolor oculorum) in Verbindung mit ‚de birillo‘, wober das Wort ‚Brille‘ stammt, als ein Wortspiel des NvK versteht. Er klagte allerdings schon im Dezember über Augenschmerzen; Nr. 3753 Z. 19.